



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

328. An Monialis possit eligi in Abbatissam, si tantum annum 40. attingat?
Et an contra Decretum super hoc Concilii Tridentini sess. 25. c. 7. de
Regular, possit Episcopus, aut Nuntius dispensare? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

Mofcouio de maiestate militantis Ecclesie, l. 1. p. 4. c. 4. factam Cardinalium Congregationem declarasse, quod si puella Monasterium ingressa animo monachandi, sed paupertate oppressa dotem promissam solvere non poterit, non esse compellendam, eo quia dotem in conditionem necessariam ponere non debemus propter simoniam. Sed quia de hac declaratione non constat authenticè, hæc opinio mihi non placet; nam non committitur simonia in conuentionibus, & pactionibus super dotibus recipiendarum in Monasteriis inter Moniales, dummodo sit pro congruenti, seu sufficienti sustentatione earum, non obstantibus e quoniam de simonia, & Extravag. 1. eodem tit. quæ omnia probat, & docet Hieron. Rodriq. in comp. 99. Regul. resol. 54. n. 1. & 2. Suar. de Relig. tom. 1. l. 4. c. 17. n. 16. & seq. Miranda in manuali Prelat. tract. de Monialibus, q. 8. art. 6. & 7. cum aliis; etiam si Monasteria sint opulenta. Nam opulenta Monasterij non faciunt, ut quod in paupere non est simonia in diuite Conuentu simonia censetur, nisi pecunia extra victum pro aliis causis recipiatur, quia puella recipienda est vilis conditionis, aut infamia, vel deformitate notata, vel ad magnitudinem, & magnificentiam clariorem Monasterij auctius, & superabundans pretium dotis pro ingressu exigatur.

4. Hinc infertur quod Monasterium excessiuam dotem pro ingressu Nouitiæ recipiens, excessum ultra sufficientem sustentationem, tenetur restituere, nisi talis excessus liberaliter, absque alio expresso, aut tacito pacto illi concedatur. Vide Mirandam & Rod. vbi sup.

RESOL. CCCXXVII.

An Abbatisa licite possit pacisci de certa summa pecunie donec Monasterio dos Monialis solvatur, etiam si Monasterium sit opulentum: Ex p. 3. tr. 2. Ref. 97.

§. 1. **Q**uoad Monasteria opulenta negatiuè respondet Emanuel Rodriq. in 99. Regul. to. 2. q. 48. art. 7. scrupulosè quidem, vnde postea se retractauit in addit. ad sum. tom. 3. c. 144. n. 8. & hanc sententiam docet etiam Mirandam tract. de Monial. q. 8. art. 10. concl. 1. quem nouissimè sequitur Hieron. Rodriq. in compen. 99. Regul. ref. 98. n. 20. vbi sic ait: Ratione damni emergentis licite potest pacisci de certa quantitate pecunie donec Monasterium dos solvatur, absque labe vsuræ, quemadmodum pro dote vxoris non esse computandos fructus possessionis pro illa pignori obligatæ in sortem principalem, definitur in cap. salubriter. de vsuris, & cum dos detur ad alimoniam Monialis, militat eadem ratio etiam in Monasteriis opulentis.

RESOL. CCCXXVIII.

An Monialis possit eligi in Abbatisam, si tantum annum 40. attingat.

Et an contra Decretum super hoc Concilij Tridentini sess. 25. c. 7. de Regular. possit Episcopus, aut Nuntius dispensare?

Et deducitur, an quoad Dignitates, & Personatus sine cura requiratur, ut quis 22. annis completis non sit minor, vel sufficiat, ut sint incipit, ex Cæsilio Tridentino? Et cursum docetur Prelatum alicuius conuentus debere esse viginti quinque annorum.

Et an Monialis non possit eligi in Abbatisam nisi octo annis post professionem laudabiliter vixerit: Ex p. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. Ref. 9. alias 7.

§. 1. **N**egatiuè respondet Garzias de Beneficiis p. 4. c. 4. n. 71. vbi sic ait. Infertur ad Decret. in eiusdem Concilij sess. 25. de Regul. c. 7. ibi Non minor annis 40. quod debent esse completi illi 40. anni, qui requiruntur in eligenda in Abbatisam, seu Priorisâ. Nec

contra illud Decretum potest Episcopus, aut Nuntius dispensare, cum inferior non possit in lege si peroris, maximè Concilij, dispensare. Ita ille.

2. Verum affirmatiuè sententiæ adhaeret. Portel in cæsilio. Regul. p. 1. cas. 13. n. 1. Quod probat Primò ex Azorio tom. 1. summ. l. 5. c. 28. §. Dubiū est. vbi dicit, quod quando in aliqua Bulla, vel lege dicitur, quod ad tale officium debeat persona habere certos annos, & lex vitur ablatiuo dicendo in tertio, quarto, vel simili numero; tunc lex non petit annos completos, sed sufficiat quod sint inchoati. Et citat ad hoc quandam glossam, & Syluest. At Tridentinum, citato cap. loquens de etate requisita in Abbatisa, vitur ablatiuo dicens: Quod non sit minor quadraginta annis; ergo non requiritur completos, sed inchoatos. Et statim post, vitur etiam ablatiuo, dicens: Quæ octo annis post professionem laudabiliter vixerit. Secundo id probat ex Syluestro vbi tempus (qui locus non citatur ab Azorio) vbi Syluester citat Panormitanum in c. ad nostram, de Regul. vbi ait, quod in dubio iuris an loquatur de annis completis, an inchoatis, quoad dignitates, in quibus fauor consideratur, quod annus inceptus habetur pro completo, secundum glossam ibi citatam à Panorm. Tertio, id probat ex eod. c. 7. Trident. vbi ait quod si defuerint Moniales quadraginta annorum, eligatur quæ annum trigentesimum exceperit. In quibus verbis expressit quod trigentesimus annus debet esse completus. Quod verbum, exceperit, non apposuit Concilium, quando dixit requiri annum quadagesimum in eligenda Abbatisa; sed solum simpliciter dixit, quod non sit minor annis quadraginta. Et potest satis colligi ex mente Concilij; nam si deficiente Moniali quadraginta annorum, dicit quod habeat saltem triginta annos, dispensans in decem annis, satis creditur illud dispensare in decem, vel sex mensibus in illa quæ habet quadraginta annos minus aliquot mensibus. Et potest confirmari ex eo quod tradit Nauarr. l. 3. consiliorum, tit. de Regul. cons. 75. §. Hæc non obstantibus. vbi citans legem quandam ait, quod cum lex habeat duos sensus per quos potest explicari; tunc benignus intellectus est accipiendus. Cum ergo citata lex Trident. patiatur duos sensus, de anno completo, vel incompleto, benignior sensus de incepto solum poterit acceptari, quod concordat cum dicto Panorm. proxime citato à Syluestro. Vltimò confirmo ex dicto cõmuni Iuristarum dicentium vnam legem posse explicari per aliam legem, nam iura iuribus debent concordari. At cõstat in simili ferè materia, quod in Clementina prima de statu Monach. agens ibi Papa de etate, quæ debet habere Religiosus, ut sit Prelatus alicuius Conuentus, & dicens debere esse viginti quinque annorum, ponit hæc verba: Nisi annis viginti quinque attingerit. Vbi nõ requiritur annos viginti quinque completos, sed inchoatos. Quod pari modo in Abbatisa poterit explicari, ut iura iuribus consent. Si enim attingisse annum vigentesimum quintum sufficit in viro, ut sit Prelatus; sufficit in femina excessus quindecim annorum vel quatuordecim attingendo quadagesimum, ut possit esse Prelata vnus Conuentus. Et hæc omnia docet Portel, qui hanc quæstionem male obliuauit à nemine disputatam, cum Garzias vbi sup. a. vt visum est, illam determinauerit, & ad argumentum precipuum quod Portel adducit ex doctrina Azorij, respondere quis possit illam negando; Et ita Lessius l. 2. c. 34. dub. 20. n. 108. docet in illa formula Concilij sess. 24. n. 2. vt ad dignitates vel Personatus requiratur ut quis non sit minor 22. annis insinuari annos debere esse completos, qui enim nondum compleuit est minor etate. Ergo, &c.

3. Verum contra Lessium in fauorem Portel non desunt Deiores asserentes quoad dignitates & personatus sine iura requiri 22. annos inceptos ex Tridentino. Et ita tenet Henriquez lib. 1. c. 47. §. 8. num. 10.

in Glossalittera X. Emanuel Sà ver. beneficium num. 31. & alij. Vnde ego in casu huius Resolutionis putarem, tam sententiam Garziaz, quam Portel esse probabilem, nisi obstatet contra Portel Responsum Sacre Congregationis ad Episcopum Abulensem tenoris sequentis. Illustris, & Reverendissime Domine, vt frater, dubitationi amplitudinis tuæ nomine propositæ super ætate, quæ per Concilium Tridentinum c. 12. §. Ad ceteras autem dignitates, & c. §. 24. de reform. requiritur in iis, qui dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla lubest, obtinere volunt. Congregatio Illustrissimorum Patrum eiusdem Concilij interpretum ita respondendum duxit, nempe, decretum illud esse intelligendum de anno vigesimo secundo completo, quod reliquum est Deum amplitudini tuæ propositum in omnibus precamur Romæ die 24. Septemb. 1593. Amplitudinis tuæ Illustris, & reverendissimæ vti frater studiosissimus Hieronymus Cardin. Mathæus. Vnde ex his patet, quod cum Tridentinum asserat quod Monialis eligenda in Abbatissam non sit minor annis 40. non si ficere annum 40. inceptum, sed debere esse completum; Ideo tu cogita.

RESOL. CCCXXIX.

An Monialis illegitima possit esse absque dispensatione Abbatissa?
Et an possit Prælati dictarum Monialium in supradicta illegitimitate dispensare? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 101.

§. 1. Negatiuam sententiam tenet Castellinus de elect. c. 17. n. 5. Barbosa de potest. Episc. p. 3. allegat. 100. n. 13. Sanctarellus in variar. resol. q. 40. n. 7. Suarez in 3. part. tom. 5. disp. 5. c. sect. 5. n. 15. Homobon. de stat. p. 1. c. 24. Naldus in sum. ver. Abbatissa, n. 2. Sanch. in sum. tom. 2. lib. 5. cap. 5. n. 19. & alij penes ipsium ex auctoritate cap. indemnitate, §. sanè, ver. verum si que, de elect. in 6.

2. Verum non defuit contrariam sententiam docentes, & hi sunt Portel in dub. Regul. ver. Abbatissa, n. 6. Miranda tract. de Monialibus q. 6. art. 3. & Hieronymus Rodriguez in compen. 99. Regul. resol. 2. n. 21. Ratio est, quia in c. 1. de filiis Presbyt. ne vllum verbum inuenitur de fœminis, sed tantum de viris, & fœminæ in odiosis non includuntur sub nomine masculinæ, ex regula c. generali. de elect. in 6. Et ad c. indemnitate, pro negatiua sententia adductum, respondet Rodriq. vbi supr. quibus omnibus adde id, quod notat Iulius Laurorius in variis elucubr. tit. 4. c. 24. n. 38. nempe sacram Cardinalium Congregationem declarasse, quod ex illegitimo thoro nata constitit. Sixti V. contra Regulares illegitimos, non comprehenduntur, quominus ad officium, vel dignitatem Abbatissæ, seu Priorissæ elegeri possint.

3. Nota tamen, quod etiam stando in prima sententia, possunt Prælati dictarum Monialium in dicta illegitimitate dispensare, vt docet Portel vbi supr. qui citat Emanuelem Rodriguez.

RESOL. CCCXXX.

An Monialis vidua possit eligi in Abbatissam absque Sedis Apostolicæ dispensatione?
Et an, quæ virgines non sunt, excludantur ab Abbatissa, seu Priorissæ officio?
Et an non possint Moniales quacumque occasione transferri de Monasterio in Monasterium sine licentia Sedis Apostolicæ, neque ratione Prioratus, vel alterius officij? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 99.

§. 1. Affirmatiuam sententiam mordicus defendit Laurentius Portel in dubiis Regularium, ver.

Abbatissa, n. 10. & Hieron. Rodriguez in compen. 99. Regul. resol. 2. n. 26. Ratio est, quia lex etiam Pipalis tolli potest per contrarium vsum, & ad hoc aliqui dicunt sufficere decennium, aliqui dicunt sufficere aliquando, attentis circumstantiis, tempus breuius quam decennium; qui verò tempus amplius extendunt, dicunt per 40. annos sufficientissimè legem tolli per contrarium vsum, sed dato, & non concessio. quod aliqua lex canonica prohibuit viduam fieri Abbatissam, iam est abrogata per contrarium vsum; ergo, &c. Minorem propositionem huius argumenti fuscè probat Portel. vbi supr. idèd Suarez tom. 4. de Religione lib. 3. c. 6. n. 16. asserit probabilem esse hanc opinionem, maximè si consuetudo id approbet; cui standum esse ait. Vnde etiam Sanchez in sum. tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 22. vbi probat ad Abbatissæ munus non desiderari virginitatem.

2. Non desinam tamen hic adnotare, quod Miranda negatiuam sententiam docet in manuali Præl. tom. 1. q. 7. art. 6. cui ego addo Homobonum de stat. Relig. p. 5. c. 24. Iulium Laurorius in variis elucubrationsibus tit. 4. c. 23. n. 10. & Lucam Castellinum tract. de elect. c. 17. n. 5. 14. & 17. vbi testatur sic declarasse sacram Cardinalium Congregationem die 15. Iulij 1616. sub his verbis. Si vidua monasticum habitum assumat, ad Abbatissæ, aut Priorissæ munus obeundum, absque Sedis Apostolicæ dispensatione eligi non potest. Vide etiam Barbosam de potest. Episc. p. 3. alleg. 100. n. 14 qui contra Sanch. tenet, quacumque, quæ virgines non sunt, excludi ab Abbatissæ, seu Priorissæ officio.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod ex Decreto Pauli V. publicato à sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium sub die 22. Decembr. 1617 ac in tantato Procuratoribus generalibus Ordinum, non possunt Moniales quacumque occasione transferri de Monasterio ad Monasterium sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, toties quoties obtinenda, neque ratione Prioratus, vel alterius officij, quibuscumque in contrarium non obstantibus, vt notat Castellinus vbi supr. de elect. cap. 17. n. 5.

Sup. hoc magis late infra in Ref. 333.

RESOL. CCCXXXI.

Duo casus sape in praxi occurrentes deciduntur. Primo, an Abbatissa post expletum triennium possit Monasterium gubernare?
Secundo, an qui fornicatus est, &c. qui casus non pertinet ad hunc tractatum, idèd appositus est cum suo textu in suo proprio tractatu, &c. Ex p. 7. tr. 1. 2. & Misc. 3. Ref. 19. alias 17.

§. 1. FVi per litteras de his casibus interrogatus, Primum, an Abbatissa post expletum triennium possit Monasterium gubernare vsquequo fiat electio alterius Abbatissæ. Secundò, an qui fornicatus sit cum fœmina, si illam postea in vxorem ducat, possit fieri Clericus coniugatus.

2. Ad primum respondeo, quod licet officium Abbatissæ. finito triennio expiret, nec Episcopus possit illud prorogare, vt Sacri. Congregatio Episcoporum censuit, die 20. Febr. 1615. teste Gauanto in Manna. Episc. verb. Monialium Officiales, n. 20. tamen hoc non obstante existimo posse per illos dies in quibus noua electio efficitur, regere Monasterium sub aliquo titulo, seu nomine. Et ita docet Sanctotius in Comment. ad Constit. Minorum cap. 11. stat. 7. & ante illum Miranda in Manuali Præl. tr. de sacris Monial. q. 7. art. 9. concl. 2. vbi sic ait: Sicut Abbatissatus officium à superioribus fuerit acceptatum, siue non, nulla tamen Monialis, Abbatissa, neque Vicaria, Minorum fratrum curæ subiecta, vltra triennium in suo officio potest durare. Hæc conclusio satis constat ex constitutione supradicta